modo continentium. Quorum compositio quod efficit proportionale est.
Ex iunctis enim proportionibus proportionalitas fit. In tribus autem termi
nis minima proportionalitas invenitur. Fit enim in pluribus sed lon
gior. Ut binarius ad unum cum duo sint termini duplam optinet propor
tionem. Sin vero ·iiii· contra ·ii· comparetur, et hic quoque dupla proportio.
Quos tres terminos si continue consideres, ex duabus proportionibus fit
proportionalitas. Est enim proportionalitas ut dictum est collectio pro
portionum in unumque redactio. Fit autem et longioribus. Nam si ·iiii·
illis octo velis adiungere et his ·xvi· et his ·xxxii· et deinceps
duplos qui sequuntur, fit in omnibus dupla proportionalitas ex pro
portionibus duplis. Haec quociens unus atque idem terminus ita duobus cir
cum se terminis communicat, ut ad unum dux sit, ad alium comes,
haec proportionalitas continua vocatur, ut ·ii· iiii. Est enim equalita[s]
in his proportionibus, ut quemadmodum sunt ·iiii· et secundum quantitatem
quoque una eadem ui est. Quantum enim ·iii· superant binarium, tantum
binarius unitatem. Et quantum unus minor est, tantum binarius a terna
rio superatur. Sin vero alius ad unum refertur terminus, alius vero ad alium,
necesse est habitudinem disiunctam vocari, ut ad aequalitatem
quidem proportiones sunt ·i· ii· iiii· viii. Sunt enim sicut quemadmodum
ii ad unum sic ·viii· ad ·iiii·, et conversim quemadmodum ·i· ad ·ii· sic
viii ad binarium. Secundum quantitatem vero non ut sunt ·i· ii· iii· iiii. Quan
tum enim ·i· a duobus vincitur, tantum ternarius a quaternario superatur.
Et quantum ·ii· ·i· vincunt, tanto ternarium quaternarius transit. Permu
tim quoque quanto ·i· ternario minor est, tanto binarius quaternario. Vel quanto
ternarius unitatem superat, tanto binarium transgreditur quaternarius.

onfesse quid

e apud antiquiores notae sunt ad pytagore vel platonis vel
aristotelis scientiam pervenere. Hae tres medietates sunt ari
metica, geometrica, armonica. Post quas proportionum habitu
dines tres aliae sunt quae sine nomine quidem feruntur. Vocantur autem quarta